per dicatur officium de primo festo, nulla prorsus habitata ratione de secundo. In annis vero Bissextilibus in quibus (licet non semper) habenda est delectio, de illo festo officium soluendum est, quod indicabit rubrica posita post mensem Februarium Tabulæ quæ illo anno Bissextili fuerit prima.

### ¶ III. Declarantur per ordinem contenta in singulis mensibus.

**I**N singulis mensibus omnium Tabularum, primo collocatur numerus dierum mensium, secundo & tertio loco, duo ordines Literarum, quibus per Literas c. d. n. t. itota describitur concurrentia officij, id est, ritus obseruandus in solennitatibus festorum. Nam cum festum præcedens in secundis vesperis concurrat cum primis vesperis festi sequentis, oportet scire, quæ sint in huiusmodi vesperis cuique festo assignanda. **Verbi gratia.** Hodie celebratur Circuncisio Domini, crastina die De Octaua Sancti Stephani protomartyr: oportet utique scire an in secundis vesperis Circuncisionis totum officium dici debeat de Circuncisione, an De Octaua Sancti Stephani? Igitur hæc concurrentia officij, declaratur per iam dictas literas, c. d. n. t. Nam c. commemoracionem, d. dimidium vesperarum, n. nihil, t. totum significat. Itaque Literæ primi ordinis tribuatur festo præcedenti, & Literæ secundi ordinis, festo sequenti, ac si dicatur, quod prior significat secundas vesperas diei præcedentis, secunda vero, primas vesperas diei sequentis. **Verbi gratia.** In primo die Ianuarij sunt duæ Literæ, n. & t. Cum ergo litera, n. significet secundas vesperas diei præce-

## PROLOGVS.

præcedentis .f. Sancti Syluestri, & litera, t. primas vesp-  
peras diei sequentis .f. Circumcisionis, intelligitur totū  
fieri de Circumcisione, & nihil de S. Syluestro. Si igitur  
concurrerint, c. t. intelligitur commemorationem tan-  
tum fieri de festo præcedenti, & totum de sequenti. Si  
t. c. totum de præcedenti, & commemorationem de se-  
quenti. Si n. t. nihil de præcedenti, & totum de sequen-  
ti. Si t. n. totum de præcedenti, & nihil de sequenti. Si  
d, d. dimidium de præcedenti, id est, vsque ad capitulū,  
& dimidium de sequenti, id est, à capitulo in antea, cum  
commemoratione præcedentis. Si n. d. nihil de præce-  
denti ( & tunc vespere erunt de Feria per annum vsque  
ad capitulum ) & dimidium de sequenti, id est, à capitu-  
lo in antea sine commemoratione Feriæ. Si n. n. nihil de  
præcedenti, & nihil de sequenti, & tunc vespere & cō-  
pletorium dicentur sicut dici solent in officio Feriali per  
annum. ¶ Quarto loco distribuuntur dies mensium per  
Dominicas & Férias. ¶ Quinto loco ponuntur quædā  
stellulæ, indicantes illo die incidere aliquod festū Pro-  
uinciæ Hispaniæ, vt statim dicetur. ¶ Vltimo vero lo-  
co collocantur festa quotidie celebranda.

### ¶ IIII. De nona lectione dicenda vel non dicenda in festo cōmemorationis.

**T**Vnc autem consignauimus nonam lectionem fe-  
stis, de quibus tantū fit cōmemoratio, quando hu-  
iusmodi ix. lect. non habetur in officio festi, quod  
principaliter ipso die celebratur. **Verbigraua.**  
In secunda Tabula, die 21. Ianuarij dicitur, Hilarij epi &  
cōf. semidup. cū cōm. & ix. lect. S. Emerēianæ virg. & m.  
Idcir.



## PROLOGVS.

Idcirco hanc lectionē nonam S. Emerentianæ animadu-  
uertimus legendam, quia huiusmodi lectio non habetur  
in officio S. Hilarij. At vero quando in officio festi quod  
celebratur habetur ipsa nona lectio S. commemorationis,  
tunc minime dicimus. Cum cōme. & ix. lect. sed tantum  
dicimus, cum cōme. Sancti **N.** vt cum in Tabula secunda  
mense Ianuario, die 18. dicimus, Cathedra S. Petri Romę  
dupl. cum cōme. S. Priscæ virg. & marty. Et in die primo  
Augusti dicimus, Petri ad Vincula, dupl. cum cōme. SS.  
Maccabæorū mart. ¶ Cum vero non est dicenda nona  
lectio Sancti cōmemorationis habentis lectionem, tunc  
dicimus, Cum cōme. sine lect. Sancti **N.** vt in Tabula pri-  
mā, mense Ianuario, die 18. dicimus, Dominica Septua-  
simæ, De ea cum cōme. sine lect. B. Priscæ virg. & mart.  
¶ In officio autem trium lectionum, quia nunquā tertia  
lectio dici debet de festo cōmemorationis, etiam si pro-  
prium habeat lectionem, idcirco absolute dicimus, Cum  
cōme. Sancti **N.** vt cum in prima Tabula die 4. Ianuarij  
dicimus, De B. Maria, cum cōme. S. Timothei episcopi &  
marty. Semper igitur nona lectio (si propriam habuerit)  
dicenda est de festo cōmemorationis nisi cum dicimus,  
Cum cōme. sine lect. aut cum dicimus, cum cōm. ad Lau.  
aut cum officium fuerit trium lect.

## ¶ V. De Antiphonis.

**A**ntiphonæ in quibusdam diebus assignatæ tam per  
Aduentum quàm per hebdomadam Octauæ Epi-  
phanix, & in sabbathis à Dominica secunda post Epi-  
phaniam vsque ad Septuagesimam, & à primo sabba-  
tho post Penthecosten vsque ad Aduentum, non solum  
signa-

## PROLOGVS.

signatæ sunt, vt facilius inueniri queant, verum etiam vt intelligatur, aliquando eas alibi inueniendas quàm in diebus seu ferijs tunc currentibus. Reliquæ autem non signatæ proprijs in locis inuenientur.

### ¶ VI. De Festis Prouintiarum Hispaniæ ac Lusitaniæ quæ superaddi possunt, huic Calendario.

**S**Ciendum vero quod licet hoc Calendarium amplectetur dumtaxat festa Breuiarij Romani, non tamen ideo existimandum est, fore seclusa festa particularia, alicuius Prouinciæ Religionis siue Ecclesiæ, vt habetur in Rubricis Breuiarij. Nec debet quispiam suspicari ordinem tabularum subverti, quia huiusmodi inserantur festa, hoc enim fieret, si minime seruarentur quæ habentur in Rubricis, Defestorum translatione, & De commemorationibus. At si vt decet seruentur, intactus & incolumis ipse manebit ordo, & Calendariû hoc, vtique semper erit generale, & deseruiet quibuscunque mundi prouincijs. Qua propter pro Sanctis Prouinciæ Hispaniæ qui respectiuè apud quasdam Ecclesias Dioceses seu Religiones celebrantur, vt facilius valeant deprehendi dies Natalitium eorundem, appositum est in fine omnium Tabularum, ipsorum peculiare Calendarium. Ob idque notandum, quod stellulæ, aliquibus diebus mensium insertæ, indicant, tali die haberi in Prouincia Hispaniæ aliquod festum ipsius Prouinciæ, quod in Calendario Sanctorum in fine huius libelli appositum, eodem mense,

## PROLOGVS.

eodemque die, vt diximus, consignatum inuenietur.

**Verbigrana.** In prima Tabula, mense Ianuario, die septima mensis, inseritur stellula declarans illo die, in Prouincia Hispania, in Ecclesia Zamorensi, incidere festum Sanctorum Iuliani, & Basilicæ, & sociorum martyrum nam in fine libelli in Calendario Sanctorum Hispanorum, eodem mense, eodemque die idem festum reperitur. Similiter die 23. eiusdem mensis & tabulæ, collocatur stellula declarans eo die in Ecclesia Tolotana & Zamorensi, sicut habetur in Calendario Sanctorum Hispanorum, celebrari festum S. Illephonfi Archiepiscopi Tolotani. Sed in istorum Sanctorum celebratione, semper seruentur Rubricæ Breuiarij, maxime, De translatione festorum, & de commemorationibus, ne forte propter huiusmodi festa superaddita, transferantur festa illis diebus, in quibus sunt stellulæ, posita, quæ non debent transferri, sicut si Septuagesima incidat die 23. Ianuarij, non debet transferri propter festum S. Illephonfi, aut ne forte dimittantur cõmemorationes Sanctorum simplicium, aut Octauarum, aut Feriarum Aduentus, aut Quadragesimæ, seu Vigiliarum, incidentium in diebus in quibus celebrari debent huiusmodi festa peculiaria. Nos autem hoc vnum indicamus per stellulas sæpe dictas, incidere scilicet tali die aliquod festum Hispanicum. Cætera autem, id est, vtrum celebrari debeat commemoratio de festo ibidem posito an non, aut vtrum potius transferri debeat festum situatum, an festum Prouinciale, tali die celebrandum, relinquimus peritiam eorum, qui huiusmodi festa tenentur celebrare.

¶ Cæterum vt cõmodius officium iuxta Decretum Consilij Tridentini in Lusitaniz Regnis dicat valeat (quod

## PROLOGVS.

præcipuum est huius operis (schopū) adiecimus peculiaria diœcesum festa per totū annum ad libri calcem, quæ licet in eorum Rubrica ad decennium solum contestata dicantur, ad perpetuitatem tamen duratura, nullo modo dubitari potest. Quod si alicui videbitur hoc non esse necessarium, cum huiusmodi festa in Calendario Hispaniæ contineantur: facile responderi potest illud solum esse in vtilitatem illius Prouinciæ non autē in cōmodum Regnorum Portugaliæ: vt intuenti facillimè negotio perspicuum erit.

## ¶ VII. De Abreuiationibus.

Ne verò alicui difficultatem aliquam ingerant huius Calendarij nomina, quæ paucis literis perstringuntur, & breuitate quadam colliguntur, intelligenda veniunt.

Alio. Ali.	Aliorum.
Aña. Añæ. Añ.	Antiphona, Antiphonæ.
Aper. Nupt.	Aperiuntur Nuptiæ.
Bñs. Bñ. B.	Benedictus.
Claud. Nupt.	Clauduntur Nuptiæ.
Cóm. Cō.	Commemoratio.
Confess. Conf.	Confessoris.
Doct. Doc.	Doctōris.
Do. Dom. Dominicæ.	Domipica.
Dupl. Dup. Du.	Duplex.

# ABBREVIATIONES:

Eccles. Eccl.	Ecclesiæ.
Eccls.	Ecclesiastes.
Eccli.	Ecclesiastici.
Ep̄i. episc. ep̄.	Episcopi.
Exead.	Ex eadem.
Exeod.	Ex eodem.
Ex j. noc. noct. noctur.	Ex primo nocturno.
Fer. Fe.	Feria.
Fu.	Fuit.
Fu. he.	Fuit heri.
Heb. Hebd.	Hebdomada.
Homil. Homi. Ho.	Homilia.
Laud. Lau.	Laudes.
Lect. Lec. Le.	Lectiones.
Lib. Li.	Liber seu Libri.
Lita. Lit.	Litaniæ.
Mag. Magnific. Ma.	Magnificat.
Marty. Mart. Mar m̄	Martyris. Martyrum.
Nupt. clau. Nup. claud.	Nuptiæ clauduntur.
Octa. Oct. Octau.	Octava. Octauæ.
Orat. Or.	Oratio.
Pa. Pap.	Papæ.
Pont. Pontific. Pon.	Pontificis. Pontificum.
Præced. Præc. Præ.	Præcedentis.
Præt.	Præteritę.
Prec. Pre. p̄. fer.	Preces feriales.
Prec. Pre. Do.	Preces Dominicales.
Psal. grad.	Psalmi graduales.
Psal. pœnit.	Psalmi pœnitentiales.
Respon. Resp̄o. Resp.	Responsorialia.
Sabb. Sab. Sabbat.	Sabbatho.

## ABREVIATIONES:

Semid. Semidup.

Vesp. Vesp.

Verf.

Virg. Vir.

Vt in bre.

Semiduplex.

Vesperę.

Verficuli.

Virginis seu Virginum.

Vt in breuiario.

## PROLOGVS.

### VIII. Quibus Temporibus debet fieri commemoratio de Festo commemorationis.

**C**VM passim de Dominica, Octaua, Feria, Vigilia, & Festo Simplici debeat in officio diei fieri commemoratio, decerpimus ex Rubricis generalibus Breuiarij pauca quę sequuntur, quibus facillime intelligatur quando dicimus in hoc Calendario, Cum commemoratione Dominicę, Octauę, vel alicuius festi, quibus temporibus seu horis, huiusmodi commemorationes fieri debeant.

¶ Igitur si de Dominica debet fieri commemoratio, fiat in vtrisque Vesperis, & Laudibus, cum nona lectione de Homilia Euangelij (quę erit vel prima de Homilia, vel tres simul in vna Lectione coniunctę) nisi feria secunda celebretur aliquod festum ex solennioribus, quia tunc non fit commemoratio de Dominica nisi in Aduentu, & à Septuagesima vsque ad Octauam Resurrectionis.

¶ Si de Octaua, in vtrisque Vesperis & Laudibus, sine nona lectione Octauę.

## PROLOGVS.

¶ Si de Ferijs Quadragesimæ, in vtrisque Vesperis & Laudibus cum nona lectione de Homilia Feriæ.

¶ Si de Ferijs Aduentus, in vtrisque Vesperis & Laudibus tantum. Sed de Ferijs, Quatuor Temporum, Aduentus dicitur nona lectio de Homilia Feriæ.

¶ Si de Ferijs Quatuor Temporum Septembris, in Laudibus tantum, cum nona lectione Homiliæ ferie.

¶ Si de Feria secunda Rogationum, in Laudibus tantum cum nona lectione de Homilia ferie. De Feria vero tertia Rogationum, in Laudibus tantum sine nona lectione.

¶ Si de Vigilia, in Laudibus tantum, cum nona lectione de Homilia Vigilæ. Idem de Vigilia Ascensionis.

¶ Si de festo Simplicii, in primis Vesperis & Laudibus tantum, cum nona lectione si propriam habuerit. Quod si duas lectiones habuerit proprias, ex duabus fiat vna lectio quæ sit nona in officio nouem lectionum. Quæ lectio nona non dicitur in Dominicis quæ habent nonum Responsorium, nec quando nona lectio legenda est de aliqua Homilia, nec quando in officio diei leguntur tantum tres lectiones.

## ¶ IX. Quo ordine dici debeat præfatæ commemorationes.

¶ Quando contingit fieri plures commemorationes, seruetur hic ordo.

**D**E duplici, ante Dominicâ. De Dominica, ante diem infra Octauam. De infra Octauam, ante festum semiduplex. De semiduplici, ante feriam Aduentus,

Qua-

## PROLOGVS.

Quadragesime, Quatuor Temporum, Vigiliarum, & Rogationum, & de diebus ferijs, ante festum simplex, nisi aliter assignetur. De Beata Maria in Sabbathis cum de ea fit commemoratio in feria vj. ante festum simplex. De festo autem simplici, ante suffragia seu commemoraciones communes de Cruce, Sancta Maria, Apostolis, Patrono, & Pace.

### ¶ X. De Paucis quæ veniunt corrigenda.

**Q**uoniam quotidie Breuiaria ipsa, puriora, & emendatiora quam antea habebantur emergant, coacti sumus ipsa sua noua puritate, corrigere & emendare in nostro hoc Calendario ea quæ iam, licet aliter, in illo disposita, imo excussa erant. In primis enim, vbi in feria tertia Rogationum habetur, quod oratio sit de Rogationibus, vt oratio Officij diei concordaret cum oratione Missæ sicut in præcedenti secunda feria Rogationum, corrigendum est in omnibus Tabulis, Quod oratio in ipsa feria tertia dicatur de Dominica præterita. Secundo, vbi die xxvi. Iulij habetur. Quod celebretur festum Sanctæ Annæ matris Beatæ Mariæ, sic enim expresse habent quædam Breuiaria, dicatur, De Feria, nisi dies Dominicæ aut Sabbathi fuerit, tunc enim dicatur, De Dominica, aut De Beata Maria. Tertio, vbi in fine Calendarii, in Calendario Sanctorum Hispanorum, in mense Decembri, die mensis xx. habetur, Ecclesia Compostellana vel Calagurritana, dicatur, Ecclesia Burgensis.



1770  
1771  
1772  
1773  
1774  
1775  
1776  
1777  
1778  
1779  
1780

1781

# TABVLA PRIMAE

Cui seruit Litera Dominicalis **D. I.**  
Aureus vero numerus. **16.**

## FESTA MOBILIA CELEBRANTUR.

*Claues festorum mobi.*

Septuagesima.	18	Ianuarij.
Feria. 4. Cinerum.	4	Februarij.
Resurrectio Domini.	22	Martij.
Rogationes.	27	Aprilis.
Ascensio Domini.	30	Aprilis.
Festum Penthecostes.	10	Maij.
Festum S. Trinitatis.	17	Maij.
Festum Corporis Christi.	21	Maij.
Dominicæ post Penth.	28	
Aduentus inchoatur.	29	Novembris.

## QUATVOR ANNI TEMPORA ieiunantur Fer. 4. Fer. 6. Sabb.

In Primouere.	Die	11	13	14	Februarij.
In Aestate.	Die	13	15	16	Maij.
In Autumno.	Die	16	18	19	Septembris.
In Hieme.	Die	16	18	19	Decembris.

## HOC ANNO.

Nuptiæ celebrari possant à die 7. Ianuarij vsque in diem 3. Februarij, & à die 30. Martij, vsque in diem 28. Nouembris inclusiuè. Sessione 24. Canon. 10. Concilij Tridentini.

## Di Cō. Ianuarius habet dies 31.

- 1 n t fe. 5. Circuncisio Dñi. dupl. Nihil de alijs oct.
- 2 t c fe. 6. Octa. S. Stephani. dupl. cum com octa.
- 3 d d fab. Octa. S. Ioanis. dupl. cum comm. octa.  
SS. Inno.
- 4 t c Do. Vacat. Octa. SS. Innocentú mart. dupl.
- 5 t c fe. 2. De vig. Epi. semid. non dicuntur preces.  
Non ieiunatur.
- 6 n t fe. 3. Epiphania Domini. duplex.
- 7 t n fe. 4. \* De oct. Epi. semid. ¶ Nuptiæ aperiuntur.
- 8 t n fe. 5. De octa.
- 9 t n fe. 6. \* De octa.
- 10 t n fab. De octa.
- 11 d d Do. Infra octa. quæ est 1. post Epipha. De  
ea. Lect. scrip. ex Epist. 1. ad Cor. & leg.  
per heb. cum comme. octa. & S. Higi-  
nij Papæ & marty.
- 12 t c fe. 2. \* De octa. Ad Bñs. Añs. Venient ad te.
- 13 n t fe. 3. Octa Epipha. duplex.
- 14 t n fe. 4. \* De ea. cum come. S. Felicis mart. Lect.  
ex Homilia Do 2. post Epiph. Ref. ex 1.  
noct. Añs. ad Bñs. & oratio ex eadē do.  
¶ Officium defunctorum.
- 15 n t fe. 5. \* Pauli primi eremit. semid. cum come.  
S. Mauri Abba.
- 16 d d fe. 6. Marcelli papæ & mart. semiduplex.
- 17 c t fab. Antonij Abba dupl. Pro Do. ad magnifi.  
Dixit Dñs ad Adā vt in sabb. Septuage.
- 18 t c Do. Septuage De ea. cum comme. sine lect.  
S. Priscæ virg & mart.

L I T E R A D O M I N I . D . I .

- 19 **c t** fe.2. **Cathedra S. Petri Ro** dupl. Fuit heri. **cō**  
**cōm & jx. lect.** SS. Marij & aliorū mar.  
 20 **d d** fe.3 **Fabiani & Sebastiani mart** duplex,  
 21 **d d** fe.4 \* **Agnētis virginis & martyris.** duplex.  
 22 **t c** fe.5 **Vincentij & Anastasij mart** **semiduplex**  
 23 **d d** fe.6. **Hilarij episcopi & confess.** **semid** Fuit  
 14 huius. **cum cō. ne. & ix. lect.** S. Eme-  
 rentianæ virg & mart.  
 24 **t c** fab. **De B. Maria.** **cum comme.** S. Timothei  
 episco. & mart.  
 25 **n t** **Do.** **Sexagesimæ.** De ea.  
 26 **c t** fe.2 **Cōuersio sancti Pauli** duplex. Fuit he-  
 ri. **cum comme. & ix. lectio** Sancti Pō-  
 lycarpi episcopi & martyris.  
 27 **t c** fe.3 **Ioānis Chrysolitimi episc. & cōfes.** dupl.  
 28 **t c** fe.4. **Agnētis 2. virg. & marty.** **In vet. fe. ad**  
**Magn. Siculnē.**  
 29 **n t** fe.5 \* **De ea.** **Ad Magn. Asia.** **Seimen est.**  
 30 **t n** fe.6 **De ea.**  
 31 **d d** fab. **De Beata Maria.**  
**Di Cō.** **Februarius habet dies 28.**  
**es. off.**  
 1 **n t** **Do.** **Quinquagesimæ.** De ea.  
 2 **c t** fe.2 **Purificatio Beatæ Mariæ.** duplex.  
 3 **t c** fe.3 **Igna. episc. & mar** **semid.** Fuit i. huius. **cū**  
**comme. & ix. lect.** S. Blasij episc. & mar  
**Variantur Añā & veri q** **Nup. clau.**  
 4 **t n** fe.4 **Cinerum** De ea. **¶ Psal. grad. Vtque ad**  
**Pascha dicuntur preces teriales in offi-**  
**cio feriali.**  
 5 **c t** fe.5 **Agathæ vir. & m.** **semi. cū ix. lec. & cō.** **Ferig.**

TABVLA. I

- 6 **De** fe.6 De ea. **cum com.** S. Dorothe. vir. & mart.  
 ¶ Psalm. pœnit.
- 7 **t n** sab. De Feria.
- 8 **n t Do.** \* 1. **Quadragesimæ.** De ea.
- 9 **t n** fe.2 De ea. **cum comme.** S. Apollon. virg.  
 & mart. ¶ Officium defunct.
- 10 **t n** fe.3 \* De ea.
- 11 **t n** fe.4 **Quatuor tempo.** De ea. ¶ Psalm. grad.
- 12 **t n** fe.5 \* De ea.
- 13 **t n** fe.6 De ea. ¶ Psalm. pœnitent.
- 14 **t n** sab. De fe. **cō n** S. Valerini m. ¶ Ordines.
- 15 **n t Do.** \* 2. **Quadragesimæ.** De ea. **cum com.** ¶  
**nelect.** SS. Faustinae & Iouita mart.
- 16 **t n** fe.2 De ea. ¶ Officium defunctorum.
- 17 **t n** fe.3 De ea.
- 18 **t n** fe.4 \* De ea. **cum comme.** S. Simeonis episc.  
 & martyris. ¶ Psalm. grad.
- 19 **t n** fe.5 De ea.
- 20 **t n** fe.6 De ea. ¶ Psalm. pœnitent.
- 21 **t n** sab. De Feria.
- 22 **n t Do.** 3. **Quadragesimæ.** De ea.
- \*  
 23 **c t** fe.2 **Cathe. S. Petri Antioch.** dupl. Fuit 24  
 heri. **cum ix. lect. & cō n.** Feriæ. ¶ Vel  
 De Feria. Nihil de vigi. nisi in missa.
- 24 **c t** fe.3 **Matth. Apoit duplex.** **cum ix. lect. &**  
**comme.** Feriæ. 25
- 25 **t c** fe.4 De ea. ¶ Psalm. grad. 26
- 26 **t n** fe.5 De ea. 27
- 27 **t n** fe.6 De ea. ¶ Psalm. pœnitent. 28
- 28 **t n** sab. \* De Feria. 29

LITERA DOMI. D. I.

Anno Biffextili additur vnus dies, & fit dierum 29.  
 & festum fancti Matthiæ celebratur die 25. ¶ Nume-  
 ris rubris appofitis in omnibus tabulis ad partem dex-  
 teram in fine cuiusque mensis Februarij, computantur  
 dies, in annis Biffextilibus, à die 23. inclusive vsque in  
 diem 28. mutata Litera Dominicali.

Di Cō. **Martius habet dies 31.**  
 es. off.

- 1 n t Do. \* 4. Quadragesimæ.  
 2 t n fe. 2 De ea. ¶ Officium defunctorum.  
 3 t n fe. 3 \* De ea.  
 4 t n fe. 5 De ea. ¶ Psal. grad.  
 5 t n fe. 5 \* De ea.  
 6 t n fe. 6 De ea. ¶ Psal. pœnitent.  
 7 c t fab. Thomæ de Aquino cont. dupl. cū cōm.  
 SS. Perpetuæ & Felicitatis marty. cum  
 ix. lect. & cōm. Feriæ. ¶ Ordines.  
 8 t c Do. \* Passionis. De ea.  
 9 t c fe. 2 \* Quadraginta martyrum. semid. cum ix.  
 lect. & comme. Feriæ.  
 10 t c fe. 3 De ea.  
 11 t n fe. 4 De ea. ¶ Psal. grad.  
 12 c t fe. 5 Gregorij Papæ, conf. & Eccl. doct. dupl.  
 cum ix. lect. & commemo. Feriæ.  
 13 c t fe. 6 \* De ea. ¶ Psal. pœniten.  
 14 t n fab. \* De Feria.  
 15 n t Do. \* Palmarum. De ea.  
 16 t n fe. 2 De ea.  
 17 t n fe. 3 De ea.  
 18 t n fe. 4 \* De ea.  
 19 t n fe. 5 In Coma Domini. duplex.

T A B V L A, I.

- 20 t n fe.6 \* In passione. dupl.  
 21 t n sab. Sanctum, duplex. ¶ Ordines.  
 22 n t Do. Resurrectionis, duplex.  
 23 t n fe.2 De octa, dupl.  
 24 t n fe.3 De octa, dupl.  
 25 t n fe.4 De octa, semidupl.  
 26 t n fe.5 De octa.  
 27 t n fe.6 De octa.  
 28 t n sab. In Albis. De octa.  
 29 n t Do. In oct. Pasch. quæ est prima post Pasch.  
 De ea, duplex.  
 30 c t fe.2 Annuntiatio D. Mariae, duplex. Fuit 25.  
 huius, ¶ Nuptiæ aperiuntur.  
 31 t c fe.3 Ioseph confessoris, duplex. Fuit 19. huius.  
 Di. Cō. **Aprilis habet dies 30.**  
 es. off.  
 1 a. s. fe.4 Benedicti Abb duplex. Fuit 21. Martij.  
 2 t n fe.5 \* De ea. Lectio de 2 Feria præcedenti. Ponitur lib. Actuum Apost.  
 3 t n fe.6 De ea.  
 4 d d sab. \* De B. Maria. Pro Do, ad Magni. Ego sum Pastor.  
 5 n t Do. \* 2. Post Pascha. De ea.  
 6 t n fe.2 De ea.  
 7 t n fe.3 De ea.  
 8 t n fe.4 De ea.  
 9 t n fe.5 \* De ea.  
 10 t n fe.6 De ea.  
 11 n t sab. Leonis Papæ & cōfessoris. dup. Pro Dominica ad magnam. Modicum.  
 12 t c Do. \* 3. Post Pascha. De ea.

L I T E R A D O M I N . D . I .

- 13 t n fe.2 \* De ea.  
 14 d d fe.3 Tiburtij, Valeriani, & Maximi marty.  
 15 n t fe.4 \* De ea.  
 16 t n fe.5 \* De ea.  
 17 d d fe.6 \* Aniceti Papæ & martyris.  
 18 n d fab. De B. Maria. **Pro Do. ad Magni. Vado**  
 ad eum.  
 19 n t Do. 4. **Post Pascha. De ea.**  
 20 t n fe.2 De ea.  
 21 t n fe.3 De ea.  
 22 n t fe.4 \* Sotheris & Gaij pont. & mart. **semidup.**  
 23 d d fe.5 Georgij martyris. **semiduplex.**  
 24 t n fe.6 De ea.  
 25 n t fab. **Marci Euang. dupl. Processio. Dicāt**  
**Litanias qui nō intersunt processioni.**  
**Pro Do. ad Magnificat. Usque modo.**  
 26 t c Do. \* 5. **Post Pascha. De ea.**  
 27 t c fe.2 Rogat Clet. & Marcellini pont. & mart.  
**semidup. Fuit. heri. Cum ix. lect. & cōm.**  
**ad Laud. tantū Feriæ. Hoc triduo dicāt**  
**Lita. qui non intersunt processionibus.**  
 28 t n fe.3 \* **Roga. De ea. Oratio ad Laud. & per ho-**  
**ras, præter vespe. vt in fer. præce. cum**  
**comme. S. Vitalis mart.**  
 29 t n fe.4 Rogat. Vigilia. De ea.  
 30 n t fe.5 **Ascensio Domini. duplex.**  
 Di Cō. **Maius habet dies 31.**  
 es. off.  
 1 t c fe.6 \* **Philipi & Iacobi Aposto. dupl. Tres pri.**  
**lect. ex j. noct. Do. 4. post Pascha. Ni-**  
**hil de octa. Ascen.**



TABVLA: I.

- 3 **t c** fab. \* Athanasij episcopi & conf. dup. cū cōm:  
Oeta Asc. Tres pri. lect. ex fe. 6. præc. Po-  
nitur Epist. 2. B. Pet.
- 3 **e t** Do. Inscr. Oct. Asc. Inuen S. Cru. duplex. cum  
cōm. & ix. lect. do. Et comme Oct. Et  
comme. tantum. SS. Alex. & alio. mart.
- 4 **t c** fe. 3 De Oct. Ascensio. semid. cū come. & ix.  
lect. S. Monicæ. Lect. scri. ex pri. noct.  
Dominicæ præteritæ.
- 5 **t n** fe. 3 \* De Octa. Ascensionis.
- 6 **e t** fe. 4 Ioan. ante porta lat. dup. Duæ pri. lect.  
scrip. vt habentur in hac fe. Tertia ve-  
rò ex fe. 6. seq. cum come. Octa.
- 7 **e t** fe. 5 Oct. Ascensionis, duplex.
- 8 **t c** fe. 6 Apparitio S. Michaelis Archang. duplex.
- 9 **t n** fab. \* De Vigil. Penthecost. Non dicitur præ-  
ces ut uri.
- 10 **n t** Do. In festo Pent dup. Nihil de SS. Gordia.  
& Epima. mart.
- 11 **t n** fe. 2 De Octava, duplex.
- 12 **t n** fe. 3 \* De Octava. dupl. Nihil de SS. Nereo &  
alijs marty.
- 13 **t n** fe. 4 Quatuor temporum. De Octa. semid.
- 14 **t n** fe. 5 De Octa. cum cōm. s. Bon. facij mart.
- 15 **t n** fe. 6 \* De Octa.
- 16 **t n** fab. De Octa. ¶ Ordin. Pro Do. ad Magn.  
Ana. Loquere.
- 17 **n t** Do. \* In Octava, quæ est prima post Penth.  
Festum S. Trinitatis. duplex, cum ix.  
lect. & comune. Dominicæ. Ad pri. di-  
citur Hfab. Quicumque vult.

LITERA DOMIN. D. I.

- 18 **t c** fe. 2 Grego. Theo. episcop. & confesso. **dupl.**  
Fuit 9. huius.
- 19 **t c** fe. 3 Potentianæ virginis. **¶** Officium de  
functorum.
- 20 **n t** fe. 4 \* De ea. Resp. ex j. nocturn. Do. 3. post  
Penthecostes.
- 21 **n t** fe. 5 \* **Festum Corporis Christi duplex.**
- 22 **t n** fe. 6 De Octa. Corporis Christi, **semidupl.**
- 23 **t n** sab. De Oct. **Pro Do. ad Magn. An. Puer**  
Samuel.
- 24 **d d** Do. **Intra octa. quæ est 2. post Pent. De ea**  
**cum comme Octa. Corporis Christi.**
- 25 **t c** fe. 2 \* De Octa. **cum comme. & ix. lect. S. Vr-**  
bani Papæ & mart.
- 26 **t n** fe. 3 \* De Oct. **cum comme. & ix. lect. S. Eleu-**  
therij Pap. & mart.
- 27 **t n** fe. 4 De Octa. **cum comme. & ix. lect. S. Io-**  
annis Papæ & mart.
- 28 **n t** fe. 5 \* Octava Corporis Christi, **duplex.**
- 29 **t n** fe. 6 De ea.
- 30 **d d** sab. De B. Maria, **cū cōm. S. Felicis Papæ &**  
**mart. Pro Do. ad Mag. Cognouerūt.**
- 31 **c t** Do. 3. **Post Penthe. De ea. cum comme. &**  
**ix. lect. S. Petroni. vir.**

Di. Cō.  
es. off.

**Iunius habet dies 30.**

- 1 **t n** fe. 2 \* De ea. **¶** Officium defunctorum
- 2 **d d** fe. 3 \* Marcellini, Petri & Erasmi martyr.
- 3 **n t** fe. 4 \* De ea.
- 4 **t n** fe. 5. De ea.
- 5 **t n** fe. 6 \* De ea.

T A B V L A . I .

- 6 **dd** **fab.** De Beata Maria. *Pro dominica ad Magnificat. Añā* Preualuit.
- 7 **nt** **Do.** \* 4. *Post Pentecostes.* De ea.
- 8 **nt** **fe. 2** De ea.
- 9 **dd** **fe. 3** Primi & Feliciani martyrum.
- 10 **nt** **fe. 4** De ea.
- 11 **nt** **fe. 5** *Barnabæ Apostoli* duplex.
- 12 **tc** **fe. 6** Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij m.
- 13 **nd** **fab.** \* De Beata Maria. *Pro Dominica ad Magnificat. Añā.* Montes Gelboe.
- 14 **nt** **Do.** \* 5. *Post Penth.* Basilij episcopi & confessoris, *dupl. cum ix. lect. & cōm.* Dñic.
- 15 **tc** **fe. 2** Viti, Modesti, & Crescentiæ marty.
- 16 **nt** **fe. 3** De ea.
- 17 **tn** **fe. 4** De ea.
- 18 **dd** **fe. 5** \* Marci & Marcelliani martyrum.
- 19 **nd** **fe. 6** \* Geruasij & Protasij martyr.
- 20 **nd** **fab.** \* De Beata Maria, *cum comme. tantum.* S. Siluerij Papæ & martyr. *Pro Dominica ad Magnificat.* Obsecro.
- 21 **nt** **Do.** \* 6. *Post Pentecostes.* De ea
- 22 **tc** **fe. 2** Paulini episcopi & confessoris.
- 23 **nn** **fe. 3** De Vigilia. *cum precibus feria.* Respō. so. ex eadem feria. 3.
- 24 **nt** **fe. 4** *Natiuitas S. Ioannis Baptista.* duplex.
- 25 **tn** **fe. 5** \* De octa. sancti Ioannis. *semiduplex.*
- 26 **dd** **fe. 6** Ioan. & Paul. *semiduplex, cum comme.* Octa. S. Ioan.
- 27 **tc** **fab.** \* De octa. *cum ix. lect. & commemorat.* Vigiliæ. *Pro Domin. ad Magnificat.* Vixerunt.

LITERA DOMIN. D, I.

- 28 **dd Do.** \* 7. Post Penthec. De ea. **cum come.**  
Octa. S. Ioanna
- 29 **nt fe. 2** Petri & Pauli Apost. duplex. **Nihil de**  
S. Ioanne.
- 30 **in fe. 3** Commemo. S. Pauli Apost. duplex, **cum**  
**sōmemo. ad Laud. S. Petri, & S. Ioan.**
- Di Cō.**  
**es. off.** **Iulius habet dies 31.**
- 1 **dd fe. 4** Octa. S. Ioannis Baptistæ **dupl. cum cōm.**  
Octa. Apost.
- 3 **ct fe. 5.** Visitatio Beatæ Mariæ. duplex. **cum cō-**  
**memorat. Octa. & cōme. SS. Processi**  
& Martiniani martyrum.
- 3 **tc fe. 6** De octa. Apost. **semidupl.**
- 4 **tn sab.** De octa. Apost. **Pro Do. ad Magnificat.**  
**Ana Exaudisti.**
- 5 **dd Do.** 8. Post Penthec. De ea. **cum comm.**  
Octa. Apostol.
- 9 **ct fe. 2** Octava Apostolorum. **duplex.**
- 7 **tc fe. 3** Leonis Papæ & confess. **semidupl.** Fuit  
28. Iunij.
- 8 **tp fe. 4** De ea. **q** Officium defunctorum.
- 9 **tp fe. 5** De ea.
- 10 **nt fe. 6** Septem frat. & SS. Ruff. & Secund. virg.  
& mart. **semiduplex.**
- 11 **tc sab.** De B. Maria, **cum cōme.** S. Pij Papæ &  
mart. **Pro Do. ad Mag.** Dum tolleret.
- 12 **nt Do.** 6. Post Pent. De ea. **cum come.** SS. Na-  
boris & Felicis marty.
- 13 **tc fe. 2** Anacleti Papæ & marty. **semidupl.**
- 14 **dd fe. 3** Bonaventuræ pont. & confess. **semidupl.**

TABVLA. I.

- 15 **t n** fe. 4 De ea.  
 16 **t n** fe. 5 De ea.  
 17 **d d** fe. 6 Alexij confessoris.  
 18 **n d** fab. De B. Maria. **cum comine.** S. Simpho-  
 rosæ & filio. mart. **Pro Do. ad Magni.**  
 Fecit Ioas.  
 19 **n t** Do. 10. **Post Penthe.** De ea.  
 20 **t c** fe. 2 Margaritæ virg. & martyris,  
 21 **n d** fe. 3 Praxedis virginis,  
 22 **n t** fe. 4 **Marie Magdalenz.** duplex.  
 23 **t c** fe. 5 Apollinaris episcopi & martyris, **semid.**  
 24 **t n** fe. 6 De vigilia. **cum preci. feri.** Responsoris  
 ex eadem fe. 6. & **comine.** S. Christinæ  
 virg. & marty.  
 25 **n t** fab. **Iacobi Apoll.** duplex. **cum comine. ad**  
**Laud. tantum.** S. Christoph. marty.  
**Pro Do. ad Magnificat. Obsecro.**  
 26 **t c** Do. 11. **Post Penth.** Annæ matris B. Mariæ.  
 duplex, **cum ix. lect. & comine.** Domi.  
 27 **t c** fe. 2 Pantaleonis martyris.  
 28 **n t** fe. 3 Nazarij & alio. mart. **semiduplex.**  
 29 **d d** fe. 4 Marthæ virg. **semidupl. cum comine.**  
 SS. Felicis & alio. mart.  
 30 **t c** fe. 5 Abdon & Sennen martyrum.  
 31 **n t** fe. 6 De ea.  
**Di Cō.** **Augustus habet dies 31.**  
**es. off.**  
 1 **n t** fab. **Petri ad Vincula.** dupl. **cum comine.** SS.  
 Maccab. m. **Pro Do. ad Mag. An. Sap.**  
 2 **t c** Do. 12. **1 Aug.** De ea. **cum comine. & ix lect.**  
**S. Stephani papæ & mart.**

LITERA DOMIN. D. I.

- 3 **tc** fe.2 Inuentio S. Stephani proto. **semidupl.**
- 4 **ct** fe.3 \* **Dominici confessoris. duplex.**
- 5 **ct** fe.4 **Dedicatio S. Mariæ ad Nives duplex.**
- 6 **ct** fe.5 **Transfigu. Dñi. dupl. cum cōme. SS. Xi-**  
sti & aliorum mart.
- 7 **tc** fe.6 **Donati episcopi & m. ¶ Officiū defun.**
- 8 **nt** fab. **Cyriaci, Largi & Smarag. semid. cum ix.**  
**lect. & cōm. Vigilæ. Pro Do. ad Mag.**  
Ego in altissimis.
- 9 **dd** 13. 2. **Aug. De ea. cum com. S. Roma-**  
nimarty.
- 10 **nt** fe.2 **Laurentii martyris. duplex.**
- 11 **tn** fe.3 **De Oct. S. Lau. semidup. cum cōm. SS.**  
Tiburtij & Susannæ marty.
- 12 **tn** fe.4 **De Oct. cum com. S. Claræ virg.**
- 13 **tn** fe.5 \* **De Oct. cum com. SS. Hippolyti &**  
sociorum mart.
- 14 **tn** fe.6 **De Oct. cum ix. lect. & com. Vigil. &**  
**com. S. Euse. confess.**
- 15 **nt** fab. **Assumptio B. Mariæ. duplex. Pro Do. ad**  
**Mag. Aña. Omnis Sapientia.**
- 16 **tc** Do. 24. **Post Pent. 3. Aug. De ea. cum cōme.**  
**Octa. Assumpt. & Oct. S. Laurentij.**
- 17 **ct** fe.2 **Oct. S. Lau. mart. dupl. cum com. Assump.**  
**Lect. scri. de lib. Sapient.**
- 18 **tc** fe.3 **De Oct. Assump. semidupl. cum com.**  
**S. Agapiti mart.**
- 19 **tn** fe.4 \* **De Octaua Assumpt.**
- 20 **ct** fe.5 **Bernardi Abba. dupl. cum com. Octa.**  
**Assump. Lect. scri. de lib. Sapient.**
- 21 **tc** fe.6 **De Octaua Assumpt.**

T A B V L A . I .

- 22 n t fab. Oct. Assumpt. dupl. cum ix. lect. & cōm.  
Vigilia. Romæ. Nihil de vigl. & eōm.  
sinelect. SS. Timoth. & socio. mar. Pro  
Do. ad Mag. Sapiaentia.
- 23 t c Do. 15. Post Pent. 4. Abē De ea.
- 24 n t fe. 2. Bartolomæi Apost. dupl. Romæ De vi-  
gilia. cum preci. fe. Responso. ex eadē  
teria ij.
- 25 t c fe. 3. Ludouici confess. Romæ. De S. Bartol.  
dupl. cum ix. lect. & comme. ad Laud.  
tantum S. Ludouici confess.
- 26 n d fe. 4. Zepherini Papæ & martyris.
- 27 n t fe. 5. De ea.
- 28 n t fe. 6. August. episcopi & conf. & Eccl. Doct  
dupl. cum comme. S. Hermetis mart.
- 29 d d fab. Deconatio S. Ioan. Bap. dup. S. Sabinæ mart. Pro Do Cū audisset.
- 30 t c Do. 16. 1. Sep. De ea cum comme. & 12. lect.  
SS. Felicis & Adauet mart.
- 31 t n fe. 2. De ea.
- Di Cō. September habet dies 30.  
es. off.
- 1 d d fe. 3. Egidij Abbatis. cum comme. sanctor.  
Duodecim martyrum fratrum. Offi-  
cium defunctorum.
- 2 n t fe. 4. De ea.
- 3 t n fe. 5. De ea.
- 4 t n fe. 6. De ea.
- 5 d d fab. De B. Maria. Pro Do. ad Magnifi. Añā.  
In omnibus.
- 6 n t Do. 17. Post Pent. 7. Sep. De ea.

LITERA DOMIN. D. I.

- 7 **t r** fe.2 De ea.
- 8 **n i** fe.3 Natiuitas B. Mariæ. duplex, cum cōm.  
ad Laud. tantum. S. Adriani martyris
- 9 **t n** fe.4 De octa. Natiuit. **semidup. cum com.**  
S. Gorgonij marty.
- 10 **t n** fe.5 De octa.
- 11 **t n** fe.6 De octa. **cum cōm.** SS. Proti & Hyacinthi marty.
- 12 **t n** fab. De octa. **Pro Do. ad Magnificat. Añs.**  
Nereminiscaris.
- 13 **d d** Do. 18. **Post Pent. 3. Sep. De ea. cum cōm.**  
Octa. Nati.
- 14 **c r** fe.2 Exaltatio Sanctæ Crucis. **duplex. cum**  
**comme. octa.**
- 15 **d d** fe.3 Oct. Nati. B. Mariæ. **duplex, cum cōm.**  
sancti Nicomedis martyris.
- 16 **t c** fe.4 **Quatuor tempor.** Cornelij & Cypriani  
martyrum. **semidupl.** Lect. scri. de cō-  
mune martyr. **cum ix. lect. & comme.**  
Feriæ. **& comme. sine lect.** SS. Euph.  
& aliorum martyrum.
- 17 **t n** fe.5 De ea.
- 18 **t n** fe.6 De ea. **cum preci. feri.**
- 19 **t n** fab. De feria, **cum precibus ferialibus.** **Or-**  
dines. **Pro Dñica, ad Magnificat.** **Or-**  
Ado-  
nai Domine. De vigilia nihil nisi in  
missa.
- 20 **n t** Do. 19. **Post Pent. 4. Sep. De ea. cum cōm.**  
SS. Eusta. & sociorum martyrum.
- 21 **n t** fe.2 **Matthæi & Apoll.** duplex.
- 22 **t c** fe.3 Mauritiij & sociorum martyrum.



TABVLA. I.

23 nt fe.4 Lini Pap. & mart. *semid. & cōme.* S. Te-  
clæ virg. & mart.

24 tn fe.5 \* De ca.

25 tn fe.6 De ca.

26 dd sab. \* De B. Maria *cum cōme.* SS. Cypriani  
& Iust. mart. *Pro Do. ad Magnificat.*  
Domine Rex.

27 nt Do. \* 20. Post Pent 5 Septemb. De ca.

28 tc fe.2 Cosmæ & Damiani mart. *semiduplex.*  
Fuit heri.

29 nt fe.3 *Dedicatio sancti Michaelis Archan. dup.*

30 tc fe.4 Hieronymi presbyt. cont. & eccles. Doct.  
*duplex.*

Di Cō. **October habet dies 31.**  
es. off.

1 tc fe.5 \* Remigij episcopi & conf. *Off. detinet.*

2 nt fe.6 \* De ca.

3 dd sab. \* De B. Maria *Pro Do. Añ.* Adaperiat.

4 nt Do. \* 21. Post Pent. 1. Octob. Francisci conf.  
*duplex. cum ix. lect. & cōm* Domi.

5 tn fe.2 \* De ca. Respon. ex pri. noct. Do. 1. Octob.

6 tn fe.3 De ca.

7 dd fe.4 Marci papæ & confessoris *cum cōme.*  
SS. Sergij & alio. marty.

8 nt fe.5 De ca.

9 nt fe.6 Dionysij & sociorum mart. *semidupl.*

10 tc sab. \* De B. Maria *Pro Do. ad Magnificat. añ.*  
Retulit sol.

11 nt Do. \* 22. Post Penthe. 2. Octob. De ca.

12 tn fe.2 De ca.

13 tn fe.3 De ca.

LITERA DOMIN. D. I.

- 14 **nt** fe.4 Calixti Papæ & martyris. *semiduplex.*  
 15 **tn** fe.5 De ea.  
 16 **tn** fe.6 De ea.  
 17 **dd** fab. De B. Maria. *Pro Do ad Magnifi. Añia.*  
 Lugebat autem.  
 18 **nt Do.** 23. *Post Penthe. 3. Octobris.* Lucæ euāg.  
*dupl cum ix. lect. & cōme.* Domi.  
 19 **tn** fe.2 De ea.  
 20 **tn** fe.3 De ea.  
 21 **dd** fe.4 Hilarionis Abbatis. *cum cōme.* SS. Vre-  
 fulæ & sociarum virg. & mart.  
 22 **nt** fe.5 De ea.  
 23 **tn** fe.6 De ea.  
 24 **dd** fab. De B. Maria. *Pro Do. ad Magn. Añia.*  
 Exaudiat. *Oratio ex Do. 3. post Epiph.*  
 25 **nt Do.** 24. *Post Penthe. 4. Octob.* De ea. *cum*  
*cō. ne & ix. lect. SS. Chryfanti & Da-*  
*riae marty. Homil. Orat. Añia. Bñs. &*  
*Magnificat, ex Domi. 3. post Epipha.*  
 26 **tc** fe.2 Euaristi Papæ & martyris.  
 27 **nn** fe.3 De Vigilia. *cum preci feria.* Resp. ex ea-  
 dem fe.3.  
 28 **nt** fe.4 *Simonis & Iudæ Apost.* duplex.  
 29 **tn** fe.5 De ea. *Lect. ex j. noct. Do. 5. Octob.*  
 30 **tn** fe.6 De ea. *Lect. ex feria. 2. & 3. Do. 5. Octob.*  
 31 **tn** fab. De Vigilia. *cum preci. feria.* Resp. ex fab.  
 Do. 5. Octobris. *Pro Domi. ad Mag-*  
*nificat. Ana Vidi Dominum. Oratio,*  
*Ex Do. 4. post Epipha.*

**November habet dies 30.**

Dies. Cō.off.

T A B V L A. I.

- 1 n t Do. 25. Pri.No. Felt.omnium Sanct. dup.  
cum ix.lect.& cōme. Do.Ho. Añæ.  
Bñi.& Mag.& oratio ex Do 4 Epi.
- 2 t n fe.2 Cōme.fide defunct. dupl. & De oct.  
semidupl. Lect scrip.ex j.noct.Do.  
præce.Lib.Ezech.
- 3 t n fe.3 \* De octaua.
- 4 t n fe.4 De octa. cum comme SS.Vitalis &  
Agricolæ marty.
- 5 t n fe.5 De octaua.
- 6 t n fe.6 \* De octaua.
- 7 t n fab. De oct.Pro Do. Muro tuo. vt in fab.  
ante Do.3 No. oratio.Ex Do.5. Epi.
- 8 n t Do. 25. No. Octa. omni. SS. dupl Lect.  
scrip. vt in 3. Do. No. cum ix.lect.  
& comme Do.Ho.Orat.Añæ.Bñi.  
& Ma.ex Do.5.Epi. & cōme. SS.  
Qua.Cor.mart. variantur veti.
- 9 d d fe.2 Dedicat. Basil. Salua. duplex,cum  
comme. S.Theodo.mart.
- 10 t c fe.3 \* Triphonis & aliorum martyr. Lect.  
scii.per heb.ex heb.Do.3 Nouemb.
- 11 n t fe.4 Martini episcop.& confeti. dupl.cum  
comme. S.Mennæ mart.
- 12 t c fe.5 \* Martini Papæ & martyris. semidup.
- 13 t n fe.6 De ea. Respon.ex j.noct.Do.1. No.
- 14 d d fab. \* De B. Ma. Pro Do. ad Magnificat.  
Qui cœlorum. vt in fab. ante Do.  
4. No Oratio ex Do.6.post Epiph.
- 15 n t Do. \* 27.3.No de ea. Sex i.le.ex do.4.No. no.  
orat.añ.bñs.& mag.ex do.6.post epi.

LITERA DOMIN. D. I.

- 16 **tn** fe.2 De ea. Lect. scri. per heb. ex heb. do. 4. No.
- 17 **dd** fe.3 Gregorij Taumaturgi episcopi & cont.
- 18 **nt** fe.4 **Dedicas** obasi. apoli. Petri & Pauli. dup.
- 19 **tc** fe.5 Pontiani Papæ & martyris.
- 20 **nt** fe.6 De ea.
- 21 **dd** fab. De B. Ma. **Pro do** Super mu. **vt in fab.**  
**ante Do. 5. No** Orat. Ex Do. 24. Pent.
- 22 **nt Do.** 28. 4. No. De ea. Sex pri. lect. ex Do. 5.  
**No Ho. Oratio. Afa. Bñs. & Mag. ex**  
Do. 24. post Pent.
- 23 **tc** fe.2 Clem. Papæ & mart. **semidupl cum cōm.**  
S. Felici. mart.
- 24 **dd** fe.3 Cæci. virg. & mart. **semidupl.** Fuit 22.  
huius. **u cōm. & ix. lect.** S. Chryso. m.
- 25 **ct** fe.4 **Cathe** vii. & mart. dupl. lect. scri. ex fe. 2.  
& 3. Do. 5. No.
- 26 **tc** fe.5 Pet Alex. episc. & mart. Lect. scri. ex fe. 4.  
Do. 5. No.
- 27 **nt** fe.6 De ea. Lect. 1. Aggæi. 2. Zacha. 3. Malach.
- 28 **tn** fab. De vigil. **u m p r. a e n a** Respons ex fab.  
Do. 5. No. 4. Nuptiæ clauduntur.
- 29 **nt Do.** I. Aduent. De ea. **cum cōm. me.** S. Sa-  
turni marty.
- 30 **ct** fe.2 **Andree** Apoll. dupl. **cum cōm. e.** Feriæ.
- Di** Cō. **December** **habet dies** 31.  
**es.** off.
- 1 **tc** fe.3 De ea. **cum præci feriæ.** vsque ad Nat.
- 2 **tn** fe.4 De ea. **cum commemo** S. Bibianæ virg.  
& marty.
- 3 **tn** fe.5 De ea.
- 4 **tn** fe.6 De ea. **cum cōm. e.** S. Barbaræ virg. & m.

T A B V L A . I.

- 5 t n fab. \* De Feria. cum comme S. Sabbæ Abbat.  
 6 n t Do. 2. Aduentus. De ea.  
 7 c t fe.2 An. broij episcopi & cont. & Eccl. Doct.  
 duplex. cum comme Fer.  
 8 c t fe.3 Conceptio B. Mariæ virg. duplex. cum  
 comme Feriæ.  
 9 t c fe.4 \* Nicolai episcopi & confess. semiduplex.  
 Fuit 6. huius. cum comme. Feriæ.  
 10 t c fe.5 \* De ea. cum comme. S. Melchiadis Papa  
 & marty.  
 11 c t fe.6 Damasi Pap. & confess. semiduplex, cum  
 comme Feriæ.  
 12 t c fab. De Feria.  
 13 n t Do. 3. Ad. entus. De ea.  
 14 c t fe.2 Lucia virg. & m. dupl. Fuit heri. cum  
 comme Feriæ.  
 15 t c fe.3 De ea.  
 16 t n fe.4 Quatuor tempor. De ea.  
 17 t n fe.5 De ea. Ad Laud. & per hor. De Sion. Ad  
 Magni. O Sapientia. ¶ Anæ. O, du-  
 plicantur.  
 18 t n fe.6 \* De ea. Anæ. Lau. Constantes. Ad Mag.  
 O Adonai.  
 19 t n fab. De Feria. Nihil de Vig. nisi in missa. An.  
 Lau. Ecce veniet. v. i. t. e. n. 2. Anæ 4.  
 Expectetur. ¶ Ordines. Ad Mag O  
 Radix Iesse.  
 20 n t Do. 4. Aduentus. De ea. Ad Mag. O clavis,  
 21 c t fe.2 Thomæ Apostoli. duplex. Prote. ad B. s.  
 Anæ. Nolite time. ad Mag O oriens.  
 22 t c fe.3 \* De ea. Anæ. Lau. Rorate. ad mag O Rex.

LITERA DOMIN. D. I.

- 23 **t n** fe.4 De ea. **Aſia Lau.** Prophetæ. **Ad Bñs. Aſi.**  
 Ecce comple. **ad Magnificat Aſia. O**  
 Emmanuel.
- 24 **t n** fe.5 De Vigilia Nat. **Ad Land. & yltra.**
- 25 **n t** fe.6 **Natiuitas Dñi nostri Ieſu Chriſti. dupl.**
- 26 **t c** ſab. **Stephani protomart, dupl. cum comme.**  
 Oſta. Nat.
- 27 **t c** Do. **Vacat Ioannis Apoſt. & Euang. dupl.**  
 cum comme. Oſtauarum.
- 28 **t c** fe.2 **Innocentium mart. dupl. cum com. Oſt.**
- 29 **t c** fe.3 **Thomæ Cantua. epiſcopi & mart. ſemi-**  
 duplex, cum con me Oſtauarum,
- 30 **d d** fe.4 **De Dominica infra Oſta. Nati. ſemidup.**  
 cum comme. Oſta. Natiuit. & aliarum  
 Oſtauarum.
- 31 **c t** fe.5 **Sylueſtri Papæ & conſeſſ. duplex, cum**  
 comme. Oſta.

TABVLA SECVND A.

Cui ſeruit Litera Dominicalis. **E, I.**

Aureus vero numerus. **5. 16.**

FESTA MOBILIA CELE-  
 brantur.

Septuageſima.	19	Ianuarij
Feria 4. Cinerum.	5	Februarij.
Reſurrectio Domini.	23	Martij.
Rogationes.	28	Aprilis.
Aſcenſio Domini.	1	Maij.
		<u>Festuna</u>

TABVLA. II.

Festum Penthecostes.	11	Maij.
Festum S. Trinitatis.	18	Maij.
Festum Corporis Christi.	22	Maij
Dominicæ post Penth.	28	
Aduentus inchoatur.	30	Nouembris.

QUATVOR ANNI TEMPORA  
ieiunantur Fer. 4. Fer. 6. Sabb.

In Primouere.	Die	12	14	15	Februarij.
In Aestate.	Die	24	26	27	Maij.
In Autumno.	Die	17	19	20	Septembris.
In Hieme.	Die	17	19	20	Decembris.

HOC ANNO.

Nuptiæ celebrari possunt à die 7. Ianuarij vsque in diem 4. Februarij, & à die 31. Martij, vsque in diē 29. Nouembris inclusiue. Sessione 24. Canon. 10. Concilij Tridentini.

**Di** Cō. Ianuarius habet dies 31.

<b>es.</b>	<b>off.</b>		
1	<b>nt</b>	fe. 4	Circuncisio Domini. duplex. Nihil de alijs Octa.
2	<b>tc</b>	fe. 5	Octa. S. Stephani, duplex, cum cōm. oct.
3	<b>dd</b>	fe. 6	Octa. S. Ioannis. dupl. cum cōm. oct. SS. Innocent.
4	<b>tc</b>	sab.	Octa. SS. Innocentum martyrum, dupl.
5	<b>tc</b>	Do.	Vacat. De vigilia, semiduplex. Non dicuntur preces. Non ieiunatur.
6	<b>nt</b>	fe. 2	Epiphania Domini. duplex.
7	<b>tn</b>	fe. 3	De octa, semiduplex.

L I T E R A D O M I. E. I.

- 8 **t n** fe.4 De Octaua.
- 9 **t n** fe.5 \* De Octaua.
- 10 **t n** fe.6 De Octaua.
- 11 **t n** fab. De Octa. **cum comme.** S.Higinij Papę & marty.
- 12 **d d** Do. \* **Intra octa. quæ est 1. post Epipha.** De ea. **cum comme.** Octa. Lect. script. ex Epist. 1. ad Cor. & legitur per heb.
- 13 **n t** fe.2 Octa. Epipha. **duplex.**
- 14 **t n** fe.3 \* De ea. **cum comme.** S. Felicis presbyt. & marty. Lect. ex Ho. Resp ex j. noct. An. Bñs. & Oratio, omnia ex Do. 2. post Epipha. ¶ Officium defunctorum.
- 15 **n t** fe.4 \* Pauli primi eremit. **semiduplex, cum comme.** S. Mauri Abbat.
- 16 **d d** fe.5 Marcelli Papę & martyris. **semiduplex.**
- 17 **c t** fe.6 Antonij Abbatis. **duplex.**
- 18 **c t** fab. \* **Cathedra S. Petri Romæ.** duplex. **cum comme.** S. Priscæ vir. & mar. **Pro Do.** ad Magni. Dixit Dominus ad Adam. vt in fab. Septuage.
- 19 **t c** Do. **Septuagesi.** De ea. **cum come. sine lect.** SS. Marij & aliorum martyrum.
- 20 **c t** fe.2 **Fabiani & Sebattiani martyrum.** duplex.
- 21 **d d** fe.3 \* Agnetis virg. & martyris. **duplex.**
- 22 **t c** fe.4 Vincentij & Anastasij marty. **semidupl.**
- 23 **d d** te.5 Hilarij episcopi & confessoris. **semidupl.** Fuit 14. huius, **cum commemorat. & ix. lect.** S. Emeren. virg. & mart.
- 24 **t c** fe.6 \* Timothei episcopi & marty.
- 25 **n t** fab. **Conuersio S. Pauli Apostoli.** duplex.



T A B V L A . II.

- 26 **tc Do.** Sexagesi. De ea. **cum comme. sine lect.**  
S. Poly. episcop. & mart.
- 27 **ct fe. 2** Ioannis Chrytostomi episcopi & confess.  
**duplex.**
- 28 **tc fe. 3** Agnetis. 2. virg. & marty. **In vesp. fer. ad**  
**magnum.** Si culmen.
- 29 **nt fe. 4** De ea. **Ad Mag.** Semen est.
- 30 **tn fe. 5** De ea. **Ad Mag.** Quod autem.
- 31 **tn fe. 6** De ea.
- Di Co.** **Februarius habet dies 28.**  
**es. off.**
- 1 **nt fab.** Iguatij episcopi & martyris. **semidupl.**
- 2 **dd Do.** **Quinquagesimæ.** De ea. ¶ **Benedicun-**  
**tur candel.**
- 3 **ct fe. 2** **Purificatio B. Mariæ.** duplex. Fuit heri.  
**cum ix. lect. & come. ad Laud. tantum.**  
S. Blasij episcopi & martyris.
- 4 **tn fe. 3** De ea. ¶ **In sero clauduntur Nuptiæ.**
- 5 **tn fe. 4** **Cinorum.** De ea. ¶ **Psal. grad. Preces fe-**  
**ria, vsque ad Pascha.**
- 6 **ct fe. 5** Agathæ virginis & martyris. **semidupl.**  
Fuit heri. **cum ix. lect. & come. Feriç.**  
**& come.** S. Dorotheæ virg. & marty.  
Variantur vers.
- 7 **tc fe. 6** De ea. ¶ **Psal. pœnitent.**
- 8 **tn fab.** De Feria.
- 9 **nt Do.** 1. **Quadragesimæ.** De ea. **cum comme.**  
**sine lectio.** S. Appolloniæ virginis &  
martyris.
- 10 **tn fe. 2** De ea. ¶ **Officium defunctorum.**
- 11 **tn fe. 3** De ea.

LITERA DOMIN. E. I.

- 12 **tn** fe.4 • **Quatuor tempor.** De ea. ¶ Pſal.grad.  
 13 **tn** fe.5 De ea.  
 14 **tn** fe.6 De ea. **cum comme.** S.Valentini marty.  
 ¶ Pſal.pœniten.  
 15 **tn** ſab. De Fe. **cum comme.** SS.Fauſt.& Iouit.  
 mart. ¶ Ordines.  
 16 **nt Do.** 2. **Quadrageſimæ.** De ea.  
 17 **tn** fe.2 De ea. ¶ Officium defunctorum.  
 18 **tn** fe.3 De ea. **cum comme.** S.Simeonis epiſco-  
 pi & marty.  
 19 **tn** fe.4 De ea. ¶ Pſal.grad.  
 20 **tn** fe.5 De ea.  
 21 **tn** fe.6 De ea. ¶ Pſal.pœniten.  
 22 **ct** ſab. **Cathedra S.Petri Apoſt Ant. dupl. cum**  
**ix. lection. & comme.** Feria. **Nihil de**  
**vigil. niſi in miſſa.**
- 
- |    |                  |   |    |
|----|------------------|---|----|
| 23 | <b>tc Do.</b>    | 3. <b>Quadrageſimæ.</b> De ea.  | 24 |
| 24 | <b>ct</b> fe.2   | <b>Matinæ Apoſt. dupl. cum ix. lection. &amp;</b><br><b>comme.</b> Feria. | 25 |
| 25 | <b>tc</b> fe.3   | De ea.  | 26 |
| 26 | <b>tn</b> fe.4   | De ea. ¶ Pſal.grad.   | 27 |
| 27 | <b>tn</b> fe.5   | De ea.  | 28 |
| 28 | <b>tn</b> fe.6 • | De ea. ¶ Pſal.pœniten.  | 29 |

In anno Biſſexti in quo hæc tabula fuerit prima, re-  
 citabitur cum ea vſque in diem 23. Februarij incluſiue,  
 quo die celebrabitur de Domin. 3. Quad. Deinde vſque  
 in finem anni recitandum erit cum Tabula prima, inci-  
 piendo ab eodem die 23. Februarij incluſiue, quo die  
 celebratur de Feria, cum offic. defunet.

TABVLA II.

- 24 **t n** fe.2 **De Octaua.** duplex.
- 25 **t n** fe.3 **De Octaua.** duplex.
- 26 **t n** fe.4 **De Octaua.** semiduplex.
- 27 **t n** fe.5 **De Octaua.**
- 28 **t n** fe.6 **De Octaua.**
- 29 **t n** sab. **In albis.** De Octa.
- 30 **n t Do.** **In Octaua Paschæ,** quæ est prima post Pasch. De ea. duplex.
- 31 **c t** fe.2 **Annunciatio B. Mariæ.** duplex. Fuit 25. huius. ¶ **Hodie aperiuntur Nuptiæ.**
- Di Cō.** **Aprilis habet dies 30.**  
**es. off.**
- 1 **t c** fe.3 **Ioseph confess.** duplex. Fuit 19. Martij.
- 2 **dd** fe.4 **Benedicti Abba.** dupl. Fuit 21. Martij.
- 3 **t n** fe.5 **De ea. lect. ex fer. ij. præcedenti.** **Ponitur lib. Actuum Apouolorum.**
- 4 **t n** fe.6 **De ea.**
- 5 **dd** sab. **De Beata Maria.** **Pro Dñica ad Magnificat.** Ego sum pastor.
- 6 **n t Do.** **3. Post Pascha.** De ea.
- 7 **t n** fe.2 **De ea.**
- 8 **t n** fe.3 **De ea.**
- 9 **t n** fe.4 **De ea.**
- 10 **t n** fe.5 **De ea.**
- 11 **n t** fe.6 **Leonis papæ & confessoris.** duplex.
- 12 **t c** sab. **De beata Maria.** **Pro Do. ad Magnificat.** Modicum.
- 13 **n t Do.** **2. Post Pascha.** De ea.
- 14 **t c** fe.2 **Tiburtij, Valeriani, & Maximi marty.**
- 15 **n t** fe.3 **De ea.**
- 16 **t n** fe.4 **De ea.**

LITERA DOMIN. E. I.

- 17 d d fe.5 \* Aniceti Papæ & marty.  
 18 n t fe.6 De ea.  
 19 d d fab. De beata Maria. **Pro Dñica ad Magnificat. Vado ad eum.**  
 20 n t Do. 4. **Pott Pascha.** De ea.  
 21 t n fe.2 De ea.  
 22 n t fe.3 \* Soteris & Gaij mart. Ponti. **semidupl.**  
 23 d d fe.4 Georgij mart. **semiduplex.**  
 24 t n fe.5 De ea.  
 25 n t fe.6 **Marci Evangelistæ. dupl. ¶ Processio.**  
**Dicant Lita. qui non interunt proce.**  
 26 t c fab. \* Cleti & Marcellini mart. Pont. **semidu.**  
**Pro Domi. Vsq̄ modo.**  
 27 d d Do. 5. **Pott Pascha.** De ea.  
 28 t n fe.2 \* Rogationum. De ea. **cum cōme. S Vitalismar. ¶ Process.** **Hoc triduo dicat Lita. qui non interunt processioib⁹.**  
 29 t n fe.3 **Rogationum.** De ea. Oratio ad Laud. & per horas præter vesper. vt in terra ij. præcedenti.  
 30 t n fe.4 **Rogationum. Vigilia.** De ea.  
**Di Cō. Maius habet dies 31.**  
**es. off.**  
 1 n t fe.5 \* **Ascensio Domini duplex.**  
 2 t c fe.6 \* Athana. episc. & confess. **dupl. cum cōm.**  
**Octa. Ascen.**  
 3 c t fab. **Inuent. S. Cruc. dupl. cum comme. O. &**  
**& SS. Ale. & alio. mart.**  
 4 t c Do. **Infra Octaua.** De ea. **cum commemo.**  
**Octa. Ascen. & comme. cum ix. lect.**  
**S. Monicæ viduæ.**

T A B V L A. II.

- 5 **n t** fe.2. **Philippi & Iacobi Apost.** duplex. Fuit j. huius. Tres pri. lect. ex Do. 4. post Pasc. Nihil de octa.
- 6 **d d** fe.3 **Ioannis ante portam latinam** dup. cum com. ne. octa. Ascen. Tres pri. lect. ex scrip. currente.
- 7 **t c** fe.4 De octa. Ascensionis, **semidupl.**
- 8 **n t** fe.5 Octava Ascensionis, **duplex.**
- 9 **t c** fe.6 **Gregorij Theologi episc. & conf.** **dupl.**
- 10 **t n** sab. De Vigil. Pent. **Non dicuntur preces, cū comme & ix. lect.** SS. Gordi. & Epi. m̄.
- 11 **n t** Do. Inscit. Penthecost. duplex.
- 12 **t n** fe.2. De octa. duplex, **Nihil de** SS. Nereo & alijs marty.
- 13 **t n** fe.3 De octava. duplex.
- 14 **t n** fe.4 **Quatuor temp.** De octa. **semidupl. cum come.** S. Bonifacij. mart.
- 15 **t n** fe.5 De octava.
- 16 **t n** fe.6 De octava.
- 17 **t n** sab. De octa. ¶ **Ordines. Pro Do. ad Mag.** Loquere dñe.
- 18 **n t** Do. In octa. quæ est 1. post Penthe, **Festum S. Trinitat.** dupl. cum ix lect. & com. Do. Ad pri. P̄sal. **Quicumque.**
- 19 **t c** fe.2 **Apparit. S. Michael.** **dupl.** Fuit 8. huius. Hodie omnia dicuntur sicut in testo mensis Septembris præter lect. ij. noct. cum come. & ix. lect. S. Potencia. virg.
- 20 **t n** fe.3 De ea. Lect. ex ij. fe. præcedenti. **Responsorio** ex j. noct. Do. 3. post Penthecost. ¶ **Officium defunctorum,**

L I T E R A D O M I N . E . I .

- 21 **t n** fe. 4 • De ea.  
 22 **n t** fe. 5 **F. Itum Corporis Christi. duplex.**  
 23 **t n** fe. 6 De octaua Corporis Christi, **sen. adopl.**  
 24 **t n** sab. De octaua. **Pro Do ad Magn. Ana. Puer**  
**Samuel.**  
 25 **dd Do.** • **Intra octa. quæ est 2. post Penthecost.**  
 De ea. **cum comme. octa. & comme.**  
**cum ix. lect. S. Urbani papæ & mart.**  
 26 **t c** fe. 2 • De oct. **cum comme. & ix. lect S. Eleu-**  
**therij papæ & mart.**  
 27 **t n** fe. 3 De octa. **cum comme. & ix. lect. S. Ioan.**  
**Papæ & mart.**  
 28 **t n** fe. 4 De octa.  
 29 **n t** fe. 5 Octaua Corporis Christi. **duplex.**  
 30 **t c** fe. 6 Felicis Papæ & marty.  
 31 **nd** sab. De Beata Maria, **cum comme. S. Petro-**  
**nillę vir. Pro do ad Mag. Cognouerūt.**

**Di Cō.** **Iunius habet dies 30.**  
**es. off.**

- 1 **n t** Do. • **Post Penthecost. De ea.**  
 2 **t c** fe. 2 • **Marcellini, Petri, & Erasmi mart. ¶ Of-**  
**ficiū defunctorum.**  
 3 **n t** fe. 3 • De ea.  
 4 **t n** fe. 4 De ea.  
 5 **t n** fe. 5 • De ea.  
 6 **t n** fe. 6 De ea.  
 7 **dd** sab. • De B. Maria. **Pro Do. ad Magnificat.**  
**Ana. Præualuit.**  
 8 **n t** 4. **Post Penthecost. De ea.**  
